

viventium egressurus sim, expers multarum rerum, quas in
 Musicis gustare aveam, nedum satur, scilicet tam crasso sub
 aere, et in haec tempora nati sumus, quae tu tamen pro
 virili corrigis et emendas incomparabili industria, siue
 theoriam vides sive Praxim. Bene verò sit animo tam
 sui semper, et ubique compoti, qui et inter pocula saturi
 Romulidis diuinum Poema propinare vales impetu admirando
 Debebam ego istiusmodi Saturnalibus interesse; et vinorem
 libentius; neque tam plenetica. Interim vides ut eminus
 quoque in caluerim meroto tuo vel hippocrene. Campani
 Natales, hactenus ignotos mihi, non potui committere post
 te, ut sinerem indictos. Et huius quidem Epigrammatis
 et Architectos lemma spectat. Adde alterum Musici argu
 menti, atque ut ajunt commatis minus inveniisti, in
 effigiens *Tyrus* heroina, coram tibi oculis,
 auribusque usurpata. ijsdem illam sensibus tuis, si sic
 quodammodo represento, felici astro versificatus sum.
 Sin secus judicas, non intercedo quin cordylis togam,
 paenulam olivis missam putes. ^{Doni} ~~Doni~~ libros primam datam
 opportunitate Mersanno tradendos curabo: praemisi
 epistolam, quam postremam ad me scribis, ut semel que
 vere a me desinescat, qualium te promissorum saeculo
 posterisque reum facias. Equid in Doni scriptis lectione
 tua, vel nostra saltem, dignum repereris, gratum exit
 si per occasionem significes, gratius et gratissimum, si
 me amare pergas, ut amari videor, nempe quia hae
 tenus amasti. Vale. Haga Comitum IV. Id. Febr. MDCCXLIV

Tuus.

C. H.

(354)

Elige sis, Bossi Amplissime socordiae hoc silentij impu
 tum velis an occupationibus, quam in perpetuo me
 rotatus et conflictu versari seis, cum Politicorum tum
 Anticorum idem et praecipue militarium. quidquid sit,
 fatale fuit Barlaam semel mihi elapsam, denno inter
 nos commeari, ne quid à me literarum traderetur nisi
 tam amicam manum. His omissis, gratiam habes et
 referre velim de munusculo imprimis grato, docto
 denique et praestanti, ut sunt tua; sine furo dicam
 supra

Bossio.

supra saecula omnia, et ejusmodi, ut cum esse tu quidem
desieris, paucis animus sufficiet talia aggrediendi, non
vires exequendi. Perculisti meo vero, mi amice, ad nostras
valetudines, quâ cum te tres totos menses conflictatum
nuncias. Absit, absit ingenti animo aegre ut sit in hoc
ingurvio! neque vero dejicite patieris, qui in ipso corpore
languore tanta rei manum mentemque adjeceris.
Macte, mi Senex, hoc vigore, et stando quidem tu id
hoc agendo quod agis, mari destinas. Differ autem hoc et
probolle quantum pote, si patriam, si tuos, et in hiis
amas, qui te integerrimo affectu. ~~¶~~

Tuus.

C.H.

Narrabam hodie Barlaeo epigrammata
michi hâc nocte excidisse, quorum
numeros non verba tenerem. occurrit
unum commode, quod cum ad aetatis
fluxum et senii quasi ðenvisior
spectat, liceo hic describo, ut vel rideas,
si tanti sit. quae in Incendium hoc nostrum
properè lusimus. Barlaeus secum portat.

Barlaeo. Clarissime Barlaeo.

(355).

Expecto hactenus quid, quibus cum Typographis egeris
moveretque me ut instemo instans ista, ut vires, annis
adolescentia, quâ sensim agor in castrones curas. Ne
res patere tergiversari quemquam. Abundè praeror
erit, si me vanum do. Et venit sane in mentem
an non, ad exemplum Catyie, mei sumptibus opera
Typographi conducenda sit, et exemplaria per manus
texti vulganda, meo vel damno vel compendio. De id
dicere ausim, non angi me, hoc, ut carere possim
neque contemptum velle. Tu quid sentias significat
et meo amas. Hagae Com: 20. Febr: C1717CXLIV.

Wendelino.